



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecycus, Johannes**

**Monachii, 1615**

I. Deus ter Op. Max. peccato mortali offenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

i.  
DE INFINI-  
TA GRAVITATE  
PECCATI MOR-  
TALIS.

*LIBER PRIMVS.*

Graue est peccatū mortale,  
si eius habeatur ratio, in  
quem illud admittitur.

CAPVT I.

*Deus ter Opt. Max. peccato mortali  
offenditur.*

**H**lle, cheu, quem esse  
natura clamat, ratio  
demonstrat, fides an-  
nunciat, beatus videt, & cuius  
essentia suum est esse, magnusq; *Exo. 3. 14.*  
adeo sine fine Dominus, & lau- *Pf. 144. 3.*  
dabilis nimis, excelsior scilicet  
cælo, profundior inferno, lon-  
gior

gior terrâ, latior mari, immensus  
omnino & incōprehensus, om-  
nia comprehendens. Ille, qui

*Mat. 19. 17*

*Exo. 33. 19.*

vnus & solus summēque bonus  
est, & prima bonitas, quâ alia  
omnia bona sunt, & sine ipso ne-  
mini ipsum deserenti benè est,  
Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus  
omnipotens, qui erat, & qui est,

*Apoc. 4. 8.*

*Isaer. 23. 24*

& qui venturus est. Ille qui ubiq;  
præsens est, cœlumq; & terram  
implet, essentiâ à nulla omnino  
re, & locō absens, intra omnia  
non inclusus, extra omnia non  
exclusus, supra omnia, quia re-  
git, infra omnia, quia sustinet,  
extra omnia, quia circumdat,  
intra omnia, quia penetrat; præ-  
sentiâ omnia, quæ vel hæcenus  
fuerunt, vel sunt, vel in posterū  
futura sunt, contemplans. Ille,

*Isaer. 1. 27.*

apud quē non est transmutatio,  
nec vicissitudinis obumbratio,  
quiq; immotus stabilisq; manēs

dat

dat cuncta moueri; qui quærit  
cum nihil illi desit, amat nec  
æstuat, zelat, & securus est, pœ-  
nitet illum, & non dolet, iras-  
citur & tranquillus est, opera  
mutat, nec consilium; recipit  
quod inuenit, & nunquam  
amisit: nunquam inops, &  
gaudet lucris, nunquam auarus  
& vsuras exigit, supererogatur  
tibi vt debeas, & quis habet quic-  
quam non suum? Ille, qui nec  
initio aperitur, nec fine claudi-  
tur, æternus semper existens,  
æternitas potius ipsa, hoc est,  
interminabilis vitæ tota simul *Eccli. 18. 11.*  
& perfecta possessio. Ille, qui  
infinita intelligendi vi, immen-  
saque sapientia præditus se com-  
prehendit, aliaque omnia, vt  
peruigil & pellucidus oculus  
cernit, nilque illum toto quod  
fit in orbe lateret, numerans

B 2 multi-

*Colof. 2. 3.*

multitudinem stellarum, omnibusque eis nomina vocans, arenam maris, & pluviæ guttas, &c. Deus qui totus oculus est. Ille, qui verus est, & verò veritas ipsa, quæ nec per se, nec per aliū vel fallere, vel falli potest; vita item ipsa in se, & fons vitæ in alijs, voluntate amorēque libero prædita, qui ad demerendum hominem ea excogitavit, & fecit, quæ solus diuinus amor inuenire potuit, solus exhibere. Ille, qui iustus simul & misericors est, sic, ut misericordia iustitiam non excludat, nec misericordiam impediatur iustitia, etsi magis semper misericordia resplendeat. Ille, qui architectus rerum omnium & auctor est, totique orbi dominans, cuncta in suos fines ordinat potentia ea, qua sine natura nulla subsistit, nulla doctrina instruit, nullus usus expedit; cuius est magni-

magnificentia, gloria, laus atq;  
victoria, ad quem omnes spe- *1. Tim. 6.*  
ctat thesauri, quia eius solius im- *16.*  
perium & magnitudo, rex regū,  
& dominus dominātium, solus  
rex seculorum inuisibilis & im- *Dan. 7. 10*  
mortalis est, cui millia millium  
ministrant, & decies millies cen-  
tena millia assistunt; in cuius  
conspectu columnę cœli contre-  
miscunt, & pauent ad nutum e-  
ius. Ille tandem, qui beatus, &  
verò beatitudo ipsa est, & à quo  
veluti fonte vberissimo & peren-  
ni in mentes beatas & mortales  
ipsa emanat. Et hic tantus tamq;  
magnus DEVS ac Dominus pec-  
cato mortali offenditur? Obstu-  
pescite cœli, & portæ eius deso-  
lamini vehementer, dicit Domi-  
nus.

CAPVT II.

*Deus, ut benefactor noster, cui similis  
nemo, peccato mortali offenditur.*